

**Rector Academiae Rostochiensis Augustus Varenius D. Ad solemnem  
anniversariam , quae sub Victoriouso Michaelis Archangeli Nomine recolitur,  
Omnium Sanctorum Angelorum, & per ... genus humanum, per Arcanas  
operationes & diffusa toto orbe ministeria collatorum beneficiorum memoriam ...  
Omnes omnium Ordinum cives Academicos, ea, qua decet & fas est, autoritate &  
humanitate invitat**

Rostochii: Kielenberg, 1681

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742504603>

Druck Freier  Zugang





T. 512.

1681. Mich.

~~M-1256~~<sup>36.</sup>

RECTOR ACADEMIÆ  
ROSTOCHIENSIS <sup>1681</sup>  
AUGUSTUS VARENIUS D.

Ad solemnem anniversariam,  
quæ sub Victoriolo

MICHAELIS  
ARCHANGELI

Nomine recolitur,

Ordinum Sanctorum Angelorum, & per  
genus humanum, per Arcanas operationes  
& diffusa toto orbe ministeria collatorum,  
beneficiorum memoriam.

Ad Sectandum, Sanctitatem & Puritatem Angelicam, & sic  
quæ in alterâ vitâ fidelibus promittitur *ισωγογελιας*,  
ad reddendum Conditori Thronorum;

Cujus Majestatem laudant Angeli, adorant dominationes,  
Tremunt potestates, cœli cœlorumque virtutes ac beata Seraphim,  
sociâ exultatione concelebrant, ardentissimam Eucharistiam.

*Ipsâ Solemni Angelorum die.*

*Omnes omnium Ordinum cives ACADEMICOS, eâ, quâ  
deceat & fas est, autoritate & humanitate invitat.*

Dan. VII. 9. 10.

v. 9. Videbam, donec folia celerrimè posita sunt, & Antiquus dierum solie,  
Cujus vestimentum ut nix album erat & pili capitis ut lanamunda,  
Solum ut scintilla ignis, rotæ ut ignis ardens.

v. 10. A Cujus conspectu fluvius igneus manans procedebat. Millies mille, mi-  
nistrabant ei & decies millies decies mille stabant coram Illo.

ROSTOCHII,

Prælo p. m. Fried. Keilenb. Acad. Typogr. A. O. C. 15 1564 XXXI.

M-1256<sup>36</sup>



**Q**uantò, gloriosissimo Condi-  
tori, puriori fervore & sanctiore splendore  
cùm in augustissimo palatio caelesti, tum his  
in terris & regno præcipuè gratiæ fulgidissimi  
Spiritus Angelici militant, quantò magis in-  
cessante sive *δοξολογία* DEO, sive *λειτουργία*  
& *ἀγωνία* in gloriam Conditoris, fidelibus,  
erentissimam operam accommodant, tantò magis nostrum  
rat, cùm omni, tum hoc præcipuè tempore anniversariâ so-  
lemnitate jam olim dedicato, peculiarem & devotissimam re-  
colere Angelorum memoriam, & quod sine intermissione illi  
faciunt, sociâ exultatione concelebrare CONDITORIS gloriam.  
Militarunt DOMINO τῷ παντοκράτει, Conditori suo, jam ipsâ  
natali sibi Creationis die, quum *cænerent simul stelle matutine,*  
*& jubileum vociferarentur omnes Filii Dei.* Job. 38. 7. Militarunt ex-  
cubitores flammantes Cherubini, in ipsâ portâ Orientali Para-  
disi Gen. 3. 23. Militarunt apparenti Filio Homini in throno  
majestatis Seraphini, velatâ facie *καλύψον* concinentes Jes. 6. 1. 2.  
3. Militarunt post Antecessorem Gabrielem, & apud Sachariam,  
& apud Mariam sive resonantissimum Evangelistam Conditori  
de Virgine nato, universus Angelorum Exercitus, personans,  
post unum fulgidissimum ad *Pastores* Oratorem Evangelicum il-  
lud: GLORIA IN ALTISSIMIS DEO! Luc. 1. 19. 26. 29. 13. 14. Militavit  
Angelus ὁ ἐπιφύων, Conditori patienti Luc. 22. 43. Militarunt ad  
sepulcrum Conditori resurgenti, proclamantes illud triumphale  
Carmen: *Jesus ille Crucifixus RESURREXIT.* Matth. 28. 5. 6. Mili-  
tarunt in ipsam altitudinem super omnes cælos ascendentem,  
nec saltem duo illi coelestes Candidati acclamantes Apostolis:  
*Viri Galilæi quid statis inuenentes in cælum? Hic Jesus, qui sur-  
sum receptus est à vobis in cælum, ita veniet, quem admodum spectatis*  
*cum in cælum proficiscentem Act. 1. 11. sed & multiplicatæ An-  
gelo-*

gelorum Myriades triumphatorem ascendentes stipantes, illi  
 sc. currus Elohim Pl. 68. 18. Militabunt eidem Conditori, *immi-*  
*nentissimo viventium & mortuorum iudici, & throni gloria infes-*  
*fori, quippe, quum venerit Filius hominis in gloria sua, venient omnes*  
*sancti* ANGELI cum eo, Matth. 25. 31. Sed & quomodo sincera, puris-  
 simaq; angelica fide ostenderint sese ministerianos Spiritus, mi-  
 nisterii sc. causa emissos propter heredes salutis futuros, Hebr. 1.  
 14. hoc vero integra, quæ Jacobo obviam venerunt Angelorum  
 Dei castra, Gen. 32. 1. 2. hoc equi & currus ignei, circa Eliseum 2. Reg.  
 c. 6. v. 7. hoc vel unus ex ingentibus numeris Angelorum, per  
 occlusa ora famelicorum leonum, liberator Danielis ex fovea Dan. 6.  
 23. Petri, per datos in stuporem, soporemve, armatos Excubito-  
 res, pansamque portam ferream, ex carcere Act. 12. 7. 10. abundè lo-  
 quentur. Præ cæteris autem Angelorum arcanas & admiran-  
 das operationes, & diffusissima ministeria, Deo, & Ecclesiæ mili-  
 tantia, perorantur ex scriptoribus V. T. canonicis duo, Daniel, &  
 Zacharias, & apud hunc quidem Angelus Domini insidens Equo  
 Rufo, Stans inter myrtos, idemque & Prophetæ, autoritate pro-  
 pria, allocutor, & pro Hierosolymis, & populo Judaico Intercessor  
 apud Dominum ZABAOTH exauditus, fidei is angelus est, Za-  
 char. 1. 8. 10- 12. 13. 14. illi vero qui Angelo huic Mediatori  
 rationem suæ legationis reddunt, sc. nos missi à יהוה ad per-  
 ambulandum terram perambulavimus eam, & ecce tota desidet,  
 & tranquilla est c. 1. 10. 11. ex classe illorum sunt, quibus dictum  
 Adorate eum omnes Angeli Dei! Hebr. 1. 6, ita cap. 2. in uno tme-  
 mate 6. mentio Angeli illius Allocutoris, & alterius Angeli obviam  
 illi Angelo Oratori principi euntis, & ab isto edictum reverenter  
 accipientis. Neque hic illi, velut creatura Conditori: sed ille huic  
 autoritate divina acclamavit, illud צר 1. Curre, alloquere Ado-  
 lescentem istum (Zachariam) v. 7. & de communicandis cum  
 Propheta arcanis Evangelicis instruxit v. 8. 9. Ita, qui in visione  
 Zachariana 8. c. 6. 1. 4. memorantur מרכבו sc. currus v. s. dicun-  
 tur

(2)

tur

tur esse quatuor spiritus (Angelici,) caelestes, ex conspectu Dominatoris  
 univ[er]sa terrae legati procedentes, neque dubium, quoniam ex illo  
 רכב & רכוב sive vehiculi vocabulo, quod in apparitionibus An-  
 geli repraesentantur praestare Deo, nomina כרוב, & inde כרוּב &  
 כרוּבִים in civitate angelica subnata fuerint, unde Cherubini  
 repraesentantur velut רכוב *vehiculum Dei*, & inter 4. facies, bo-  
 minis, aquila, leonis, bovis, haec ultima, velut sola ex illis 4. ve-  
 hiculo maximè apta, adscribitur Cherubinis Ezech. 10. 14. prout  
 ibidem v. 20. Propheta, *illa*, inquit, *est bestia, quam vidi sub Deo*  
*Israelis*. Neque alia ratio: quare nunc caelum dicatur fuisse super caput  
 Cherubinorum, cap. 10. 1. nunc Dei gloria stetit *על הכרובים*, sive  
 super Cherubinos v. 18. nunc Deus in tot Scripturae locis ישבה כרובים  
 sive *insidens Cherubinos* conf. 1. Sam. 4. 4. 2. Samuel 6. 2. 2. Reg.  
 19. 15. 1. Chron. 13. 6. Pl. 80. 2. Pl. 99. 1. Jes. 37. 16. Daniel autem  
 usque adeo Angelorum colloquiis assuetus, ut etiam in visioni-  
 bus abstrusioribus audiret vocem humanam Angeli federis, ac-  
 clamantem Gabrieli: *Gabriel declara Danieli visionem hanc* c. 8.  
 16. non solum idem vehiculum *thronumve* Dei sempiterni (ad  
 quem in nubibus caeli similis Filio hominis pervenisse, infini-  
 toque Dominatu, gloria, & regno in omnes populos, nationes,  
 & linguas coronatus memoratur c. 7. 13. 14.) *igne scintillante, &*  
*ardente* flammivomumque sic sibi visum, praedicat: sed & nume-  
 ros Angelicos in illa visione adumbraturus, *millies*, inquit, *mil-*  
*le ministrabant ei, Decies millies myriades* (Angelorum) *coram eo*  
*stabant*. v. 9. & 10. Ad numeros quondam castrensiu[m] Israelis emi-  
 nus, & è colle conspectos, attonitus Bileamus; *Quis*, inquit, *nume-*  
*ret pulverem Jacob, imo quis vel quartam partem Israelis*. Num.  
 23. 14. Ad stellarum numeros Abrahamum de promissione copi-  
 osissimi seminis confirmandū ablegaturus quondam Deus: *Intu-*  
*ere*, inquit, *caelum versus, & numera ipsas stellas si poteris nume-*  
*rare eas: sic futurum est semen tuum*, Gen. 15. 5. ac idem posteris  
 Abrahami in memoriam revocaturus: *Attollite*, inquit, *in subli-*  
*me oculos vestros & videte, quis creaverit ista, (astra) producens nume-*

ro exercitum ipsorum. Quisnam, qui ista omnia docet nomine  
suo? præamplitudine roboris & excellentia virtutis ne unusquidē deest  
Es.c.40.26. Quantò magis ad hos numeros militiæ cœlestis exer-  
citus, in stuporem datur ipsum Regnum Arithmeticæ Angelicæ,  
in quâ si saltem *Chilias*, & *Myrias* per unam *Chiliadem*, & *myria-*  
*dem* multiplicetur, danda fuerint primò decies centena millia mi-  
nistrantium, & 100000000. adstantium ministerianorum in pala-  
tio cœlesti, Spirituum Angelicorum. Lutherus noster expressit:  
Tausendmahltausend dienen Ihm/und zehenhundert mahltausend stunden für  
Ihm. Foret sic par proportio utriusq; numeri. Quid enim in-  
terest inter tausendmal tausend/& zehenhundert mahltausend/præ-  
ter solam literæ  $\Delta$  &  $\Phi$  pœd? Atq; in posteriori numero non memo-  
ratur *Chilias*: sed *myrias*, & hæc non multiplicatur per nume-  
rum *centenarium*, vel *millenarium*, sed *myriadicum*, ut cum ibi sint  
millies milleni, hic *decies millies*, *decies milleni*, quomodo poste-  
riorē numero priori majorem rectè agnovit Vulgatus reddens  
ibi, millia millium, hic *decies millia centena millia*, & interpres  
Batavus illo centies majorem exprimens posteriorem, *tientuyf-*  
*seendmal tientuyfenden stunden vor hem*. Quàm autem crescerent  
numeri Angelici, si *Chylas*, & *myrias* posterior, prout in fonte Chal-  
daico Danielis, in numero *plurativo* extant, sic quoque arithme-  
ticè *Chiliades*, & *Myriades* describant? Quàm magis, cum ne sic  
quidem *definiti* hic sint numeri Angelici? quantò major quoque  
futura erat idem Angelorū numerus, si qualis ex creatione sese  
in pulcherrima quondam ante lapsum Symphonia jubilæd o-  
stendit, integer constitisset, nec per illos palatii, & principatus  
gloriosi desertores longè maximas numerorum Angelicorum  
ruinas civitas illa angelica experta esset; In ruborem sic datur  
*intelligentiarum numerus Aristotelicus*, quiq; ei affingitur finis  
*rotandarum orbium*, sic ut singuli orbis peculiarem habeant, quæ  
per totum orbem diffundatur, intelligentiam, quæ defensa Sca-  
ligeri sententia, sic tamen, ut duas Angelorum, eademq; emi-  
nen-

nentiores intelligentiarum Classes addat, scil. unam *primarum*,  
*assistentiam*, alteram *secundarum* ad certa *mysteria*, & *ministeria*,  
*legationes subeuntium* (exerc. 359. sect. 8.) Equidem cum in ipsis  
 Angelis Apostatis remanserint ordines, & sub uno *Principe*  
*Damone*, *magno Dracone* (Apoc. 12. 7. 9. Matth. 25. 41. Ephes. 2. 2.)  
 militent etiam *δεξαι καὶ ἐξουσίας* (neque enim omnia graduum  
 nomina, quæ in scriptura de sanctis reperiuntur Angelis, a surpan-  
 tur quoque de Apostatis) Coloss. 2. 15. Ephes. 6. 12. quis dubitet  
 ordines fulgidissimos dari in bonis, pulcherrimeque sic ordina-  
 tam & coagmentatam sibi constare *civitatem Angelicam*? Quis  
 dubitat, qui non ignorat, in his non solum præter commune  
 Angelorum nomen, memorari *δεξὰς ἐξουσίας*, *δυνάμεις*: sed dari  
 quoque; *Θεούς καὶ κυριότητες* Coloss. 1. 16. imo dari etiam, vel au-  
 gustiora non nisi in altera vita nobis noscenda Angelorum no-  
 mina Ephes. 1. 21. Dantur adeò *Angeli*, qui in thronis quasi con-  
 fidentes Regibus Regnisq; totis præsent, quales illi in Daniele  
 memorati c. 10. 13. *Principes Angelorum primarii*, contra *Principes*  
*Persie*, & *Græciæ* (s. illorum regnorum Archidæmones) bellatores  
 victoriosi. Datur *Gabriel*, datur inter הַשְּׂרָיִם הַרְאֲשֹׁנִים prima-  
 rius *Michaël Archangelus*, cum Principe *demonum Diabolo* di-  
 spuator *de corpore Mosis* Jud. 9. dantur *Cherubini*, dantur *Sera-  
 phini*, dantur *Throni*, *dominationes Principatus*, *potestates*, quos  
 tamen, prout dari ac distingui certis ordinibus indubitata fide te-  
 nendum: ita quomodo, & quantum gradibus, officiiq; potestate,  
 discernantur, tutissimè eo usq; reservandum, usque dum mor-  
 te beatâ proficiemus in Angelos, longè plurima de Angelis cog-  
 niture in aulâ Regis, ubi *videbimus facie ad faciem*, quàm hîc, u-  
 bi *per speculum in enigmate*. Neque adeo probamus illos, qui pro  
*novem Angelorum ordinibus* superciliosè, & velut de fide certis,  
 pronunciant. Non qui audacter *Seraphinos*, *Thronis*, *Dominatio-  
 nibus*, *Principatibus*, *potestatibus* omnibus anteferunt, & *Archan-  
 gelos*, velut inferiores illis nominibus, in quæ distribuitur uni-  
 versus


versus superiorū Angelorū exercitus, supponunt non, qui de graduū, officiorumq; inter ordines Angelicos distributorū differentiis, ceterisq; arcanis Angelicis prolixè nugantur *Pseudo-Dionysios Areopagitas* (de quib; ex professo actum abs nobis est in ationario Eccles. ad seculum 1. & 2.) Non probantur, qui *Archangelos, & Angelos*, velut inferiorum ordinum à superioribus celestis hierarchiæ ordinibus mitti contendunt. Sanè, *Seraphinus*, juxta Dionysii distinctionem fuerit, *primi ordinis Angelus*. Et tamen Seraphinus fuit, qui *lamentanti Propheeta sepollutum labiis Regem illum* <sup>177</sup> *vidisse, protenus ex delegatione divina advolavit, & admota prunà labia propheta purgavit* Jes. 6. 5. 6, 7. Neq; adeo soli inferiorum, sed & superiorum ordinum Angeli Numinis internuncii sunt. Ita Gabriel, Irenæi iudicio, Archangelus, juxta alios Patres, & scriptores quoque Pontificios, *unus ex Seraphinis, & ex principibus Angelis*, quoties & in V. T. (e. c. ad Daniele m c. 9. 21. & c. 10. 11. & seq.) & in Novo (ad Zachariam, Mariam) memoratur missus? Et adeo mittuntur quoque ad nutum Conditoris etiam supremorum ordinum Angeli, præcipuè ad *Βαγγελεσφωδν* maximi mysterii, ad quem jam in V. T. & magis, in novo, delegatus Gabriel. Et quis dubitat, postquam de Angelis in commune, & David pronunciat, *illos robore valentissimos efficere verbum Domini, auscultare voci verbi ejus?* Ps. 103. 20. & Paulus, velut *ἀναμφοβήτων* sibi concedi postulans: *Omnēs Angelos esse spiritus ministeriales, quos Deus liberrimè ad Agoriam, s. ministerium salutis apud Electos emittat* Hebr. 1. v. ult. Representavimus paucis civitatem Angelicam, ad quam ipsamque in illà angelicam *ἰσότης*, de potestate tenebrarum eruti, in regnum Christi per regenerationis Sacramentum translati, pertinemus & magna spe contendimus. Indigemus in hoc, quod ad cœlum facimus, itinere, castris angelicis, curribus illis, & equis igneis, quibus olim tutus in oppidulo Elifæus, & in cœlum raptus Taumaturgus incomparabilis, Elias. Indigemus excubiis  
Ange-


Angelorum, contra Leonem rugientem obambulantem, & quos absorbeat, quarentem. Indigemus armatis his exercitibus & fortissimis bellatoribus, ac ex divina delegatione custodibus per omnes ætatis gradus. Indigemus in studiis, in consiliis, indigemus in vitâ, indigemus in novissimo mortis agone. Exoremus ipsum militiæ cœlestis Conditorem Principem, ut inter tot gladios, & missilium infernalium nimbos securi hîc agamus, & inter turmas angelicas, prout Lazari quondam, ita & nostras animas in sinum Abrahami elaturas, hinc ad bonum DOMINUM emigremus. Quod ut obtineamus, puritate cordis opus est. Puri sunt Spiritus, & puro delectantur corde. Agite, ut puri sitis, lavate vos, purificate vos, amovete malignitatem actionum vestrarum ex adverso oculorum Domini: Desinite malefacere, Discite benefacere. Sed & reverentiâ, & fervore Angelico opus est. Quantâ reverentiâ Angeli, quantâq; cum prothymia desiderant introspicere in mysteria? I. Petr. 1. 12. Quâ reverenter, etsi *δουράτοι* & *ἰσχύς* omnibus formidandis terræ Regibus incomparabiliter majores, agunt, ubi sibi res cum Majestatibus terrestribus, imo, quâ non sibi: sed Domino ultionem reservant, ubi sibi res cum ipso Dæmonum Principe 2. Petr. 2. 11. Jud: 9. Quanto fervore, quâmq; igneâ contentione jussa Dei & impositam sibi legationem (prout Gabriel ad Danielelem c. 9. 21. & seq.) exequuntur, & expediunt, Sectemur exemplum, & vel ex præsentia Angelorum reverenter agamus, memores magni illius beneficii à Davide celebrati: *Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in OMNIBUS VIIS tuis*. Id agamus, ut in viis muneris nostri ambulemus, nec à Regiâ illa viâ, ullâ claudicatione exorbitemus. Ita sanguine Agni, & sermone testimonii victores, & *ἰσχυροὶ* aliquando erimus, cantaturi ante thronum agni illud: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Zebaoth, plena est omnis terra gloriâ ejus. Quod superest HILARES estote cœli, & qui habitatis in eis? P. P. ipso so-

*lemni MICHAELIS ARCHANGELI die 29. Sept.*

*A. O. R. CIO LCC LXXXI. sub sigillo*

*Rectoratus Academiæ*





versus superiorū Angelorū exercitus, su-  
duū, officiorumq; inter ordines Angelic  
tiis, ceterisq; arcanis Angelicis prolixè  
*sios Arcopagitas* (de quib; ex professo actu-  
nario Eccles. ad seculum 1. & 2.) Non  
*los, & Angelos*, velut inferiorum ordin  
stis hierarchiæ ordinibus mitti contend  
xta Dionysii distinctionem fuerit, *prim*  
men Seraphinus fuit, qui *lamentanti Pro-*  
*gem illum* *— 1171 —* *— 1171 —* *— 1171 —* *— 1171 —* *— 1171 —*  
*divina advolavit, & adnota prunà labia p*  
6,7. Neq; adeo soli inferiorum, sed & su-  
geli Numinis internuncii sunt. Ita Gabr  
angelus, juxta alios Patres, & scriptor  
*unus ex Seraphinis, & ex principibus Ang*  
(e. c. ad Danielelem c. 9. 21. & c. 10. 11. &  
chariam, Mariam) memoratur missus? E  
ad nutum Conditoris etiam supremoru  
cipuè ad *— 1171 —* *— 1171 —* *— 1171 —* *— 1171 —* *— 1171 —*  
V. T. & magis, in novo, delegatus  
postquam de Angelis in commune, & D  
*bore valentissimos efficere verbum Domini,*  
Ps. 103. 20. & Paulus, velut *— 1171 —* *— 1171 —* *— 1171 —* *— 1171 —* *— 1171 —*  
*Omnes Angelos esse spiritus ministeriales,*  
*— 1171 —* *— 1171 —* *— 1171 —* *— 1171 —* *— 1171 —*  
*— 1171 —* *— 1171 —* *— 1171 —* *— 1171 —* *— 1171 —*  
Representavimus paucis civitatem Ang  
que in illâ angelicam *— 1171 —* *— 1171 —* *— 1171 —* *— 1171 —* *— 1171 —*  
gnum Christi, per regenerationis Sacra-  
tinemus & magna spe contendimus,  
ad cœlum facimus, itinere, castris angelic  
igneis, quibus olim tutus in oppidulo  
ptus Taumaturgus incomparabilis, Elia

...qui de gra-  
...orū differen-  
...endo-Diony-  
...est in atio-  
...vi Archange-  
...ribus coele-  
...aphinus, ju-  
...gelus. Et ta-  
...um labiis Re-  
...delegatione  
...vii Jes. 6. 5.  
...rdinum An-  
...licio, Arch-  
...Pontificios,  
... & in V. T.  
...ovo (ad Za-  
...ntur quoq;  
...angeli, præ-  
...em jam in-  
...vis dubitat,  
...ciat, illos ro-  
...i verbi ejus?  
...i postulans:  
...iberrime ad  
...ebr. I. v. ult.  
...vam ipsam-  
...eruti, in re-  
...slati, per-  
...hoc, quod  
...llis, & equis  
...cœlum ra-  
...us excubiis  
...Ange-

